

credentes adhærebant, Israelitæ sanabantur. *Contra Bellarm.* l. 2. de
imag. c. XII. de natura fidei colligimus, quod notitiam assensum, *Job.*
XVII, 3. *Hebr.* XI. v. 3. teste ipso Bellarm. & aliis l. 1. de *Justif.* c. VI. & VII.
ut & fiduciam, de qua §. LV. necessariò in se contineat. *Contra Bel-*
larm. l. 1. de *Justif.* c. VII. Et sicut solus hic aspectus ad corporalem
sanationem, sic sola fides in vers. 16. seq. ad vitam æternam sufficit.
Contra Maldon. in b. l. Quia igitur ob peccatum nos natura filij iræ,
Epb. II, 3. per fidem in CHRISTUM vitam æternam consequimur,
necessariò sequitur, vel DEUM verbo suo contrarium, *Rom.* VI, 23.
vel injustum, *Prov.* XVII, 15. vel CHRISTUM pro nobis sufficientissi-
mè satisfecisse. *Contra Pontif.* & Photin. *Catech.* *Racov.* pag. 247. Osto-
rod. in *Instit.* c. XXXVI. p. 297.

XXXVIII. Ipse CHRISTUS in tertia persona de se loquens, ut
& in v. 13, 14, 15, per particulam αὐτολογικὴν γαρ, connectit hunc
versum cum præcedentibus. *Contra Erasm.* ostendens causam τοῦ
καταργητικὸν, Patris dilectionem, non simulatam, sed veram & vehe-
mentem, ut ex voce ἡτος, ipso subjecto, objecto, & subsequenti ef-
fectu, colligitur, quā omnia opera nostra excluduntur, *Eph.* II. v. 8.
Rom. XI, 6. *Contra Pontif.* & gratuitus DEI affectus, cum effectu ta-
men conjunctus, ab æterno per ηγάπην intelligitur, I. *Job.* IV, 10, 19.
qui se ad omnes homines, qui propter corruptionem mundus vo-
cantur, I. *Job.* V, 19. extendit: κόσμος enim εἰδικός sumptus in Scri-
ptura Sacra nunquam pro electis sed pro solis impiis, *Joban.* XVII. v.
9. οὐνικῶς autem tampro piis quam impiis ut h. l. occurrit. Alias enim
inepta foret hujus versus resolutio, qui potestate duo in se continet
v. 18. I. *Job.* II, 2. & ex vocatione *Mattb.* XXVIII, 19. constat. *Contra*
Bezam p. 2. resp. ad *Colloq.* *Mompelg.* p. 212. *Masson.* p. 1. *Anatom.* p. 330.
Zanch. in *miscell.* p. 302.

v. 16.

XXXIX. Filius hic, est naturalis summi Dei Patris Filius, quem
vera essentiali, licet non physica, sed hyperphysica generatione, ab
æterno è substantia sua æterna, modo incomprehensibili genuit,
Psal. II, 7. *Hebr.* I, 5. ac propterea dicitur υἱὸς αὐτῷ μενογενῆς, & qui-
dem antequam daretur sc. in carnem. ἴδιος *Rom.* VIII, v. 32. non πρω-
τοτοκός sed πρωτότοκος, *Col.* I, 15. *Contra Socin.* *contra Bellarm.* &
Wickum. & in lib. *Quod Regni Polon.* &c. Hunc filium dedit nobis pa-
ter propter nos & nostram salutem (*Concil. Nicen.* ex *Esa.* IX, 6. *Gal.*
IV, 4. ut omnes in eum credentes vitam æternam, à qua per pecca-
tum